



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De paumento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Liber index ludi magistrorum, ac professorum quorumcumque, exceptis regularibus docentibus in Monasterio, cum statu & informatione morum cuiuscunque, quæ in lites habeat à Curatis, Vicariis Foraneis, Visitatoribus.

Index Priorum singularum scholarum.

Liber mendicantium Vagabundorum,

ex Concilio Prouinciali.

Filia literarum testimonialium de his.

Index licentiarum eisdem concessarum,

pro elemosinis per Civitatem, vel Diocesium quærendis.

De libris status Ecclesiarum, & iurium Ecclesiasticorum.

Habeat libros necessarios perpetuos pro plena descriptione status cuiuscunque ecclesie, & exemptæ, & regularis, & loci pijs huius Diocesis, cum suis omnibus bonis & iuribus. Sint libri inter se distincti infra scripta ratione.

Libri certi vt infra, de iuribus Archiepiscopalis.

Liber ecclesie Metropolitanæ.

Libri singuli portari, seu regionum Urbis, & Plebium Diocesis; ordine Parochiarum in hanc formam.

Ponatur nomen ecclesie plebanae.

Titulus altarium in ea existentium.

Nomen etiam ecclesiarum, oratoriorum,

ve vnâ cum eorum altaribus intra limites Curie dictæ Parochie consistentium.

Describatur Index Parochialium ecclesiarum intra limites illius plebis existentium.

Describatur nomen titulusve vniuscuiusque Parochialis.

Titulus etiam singularum altarium in ea existentium; & nomen singularum ecclesiarum, oratoriorumve secularium,

vnâ cum eorum altaribus intra limites dictæ Parochialis consistentium.

Index similis ecclesiarum, altarium, & oratoriorum regularium, tam virorum,

quam mulierum.

In ijs scribantur quæcunque pertinent ad ecclesias, etiam regulares & exemptas, & altaria, & loca, quæ in earum

Parochiarum finibus posita sunt, exactis

limè, ad formam infra scriptam; status scilicet perpetuus cuiuscunque ecclesie, etiam quæ bohorum ac iurium immobilium cum suis oneribus inuentarium, siue altaris, ac beneficij, locique pijs ex prima fundatione, siue post ex pijs relictis, aut alia ratione, vnde cumq; illis acquisita sint.

Si quæ item deinceps iura annua perpetua, vel ad certum tempus quocunque nomine addi, vel detrahi, aut immutari contingat.

Forma autem in ea descriptione hæc sit.

Primò ponatur descriptio & delineatio, seu designatio & forma structuræ ecclesie, cum suis capellis, altaribus, cœmiterio, domo annexa, & eiusmodi; seruatis infra præscriptis regulis.

Regulæ seruandæ in vniuscuiusque Ecclesie descriptione, in Archiuo Cancellariæ Archiepiscopalis seruandæ.

In superiori parte chartæ, in qua Ecclesia delineatio fit, describatur.

Titulus Ecclesie, cum nomine portæ Urbis, vel Plebis in Diocesi, in qua sita est; tum etiam Parochie, in cuius finibus est.

De ecclesia ipsa generatim delineentur, & commonstrentur hæc.

Situs, & positura, constructionisque vniuersæ formæ.

Longitudo.

Latiitudo.

Altitudo item à pavimento, ad tabulatum.

Vnicæ præterea, an pluribus nauibus, contet.

De pavimento.

Si ad illius ingressum ascendatur, aut descendatur; & qua altitudine.

De.